[illegible]
cabis. Nos enim non habentibus opera iustitie. iu
quibus sunt opera multa reposita apud te:
ex operibus propriis recipient mercedem. Quid
enim est homo ut ei indigneris. aut genus
corruptibile ut tam amariceris de ipso.
In ueritate enim nemo de genitis est qui impie non
gessit. et de confitentibus qui non deliquit.
in hoc enim annunciabitur iustitia tua et bo
nitas tua domine cum misertus fueris eis qui non
habent substantiam operum bonorum. et respondit ad me
et dixit. Recte locutus es aliqua. et iuxta sermo
nes tuos fiet. quoniam uere non cogitabo super
plasma eorum qui peccauerunt. ante mortem
ante iudicium. ante perditionem. sed iocun
dabor super iustorum figmentum peregrinatio
nis quoque saluationis. et mercedes redemptionis.
Quomodo ergo locutus sum sic et est. sicut
enim agricola seminat super terram semina multa
super terram: et plantationes multitudinis